



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 30. Continuata dissensio inter Calvinistas Helvetios circa formulam  
consensus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](#)

aliis  
tam  
oprii  
vir-  
n in  
in-  
ioni-  
em,  
bat.  
ccel-  
ibus  
etis  
al-  
nim  
lam  
ma-  
ala-  
chi-  
Ro-  
Pa-  
uit  
co-  
ita-  
lu-  
en-  
sti-  
&  
ra-  
e-  
ua;  
e;  
em-  
ci-

cecidit, & Valemanus paulopost se- Sæc. XVIII,  
ptuagesimo octavo ætatis suæ anno die A.C. 1725.  
decima quinta Decembris meritis ple-  
nus obiit, sepultus in Ecclesia SS. duo-  
decim Apostolorum.

### §. XXX.

#### *Continuata dissensio inter Calvinistas Helvetios circa formulam sub- scriptionis.*

Jam supra mentionem fecimus de dis- *Vid. supra*  
sidiis, quæ inter Calvinistas Helve- *t. 71. p. 428.*  
tios exarsere, inde exorta, quod Ti- *Hotting.*  
gurini & Bernenses Prædicantibus & *Hist. Helv.*  
Professoribus quamdam fidei formulam *t. 4. l. 8.*  
*p. 276.*  
a Joanne Heideggero fabricatam, circa  
articulos de Prædestinatione, Cæna  
&c. præscriberent, eamque a cunctis  
juramento, proprioque chirographo  
firmari exigerent. *Huic consensus Hel-*  
*vetici, ut vocant, formulæ sese acriter*  
opponebant non pauci, atque inter eos  
hoc anno Abbatiscellenses, Basileen-  
ses & Neocomenses Prædicantes rem sus-  
fragiis decidi petebant: ast conspirante  
majori eorum parte eadem hæc for-  
mula penitus abrogata est. Grisones  
quoque habito conciliabulo declara-  
runt, se libros duntaxat symbolicos  
acceptare, & quemlibet Pastorem, si

L 5 ad

Sæc. XVIII. ad hoc munus eligeretur, obstrictum  
A. C. 1725. esse, ut juret se Helveticam fidei con-  
fessionem, ceterosque libros Symboli-  
cos retenturum. Ex adverso autem  
Lausanensis Academia, inscio Magi-  
stratu, formulam libro subscriptionum  
inseruit; quo comperto Bernensis Se-  
natus hunc librum sibi tradi petiit il-  
lumque retinuit, ejus vero loco die  
prima Septembbris ad Lausanenses Co-  
dicem submisit, cui hic erat titulus;  
*Formula consensus Ecclesiarum Helveticarum circa doctrinam de gratia universalis & annexa capita.* Sequitur Sacramentum  
confociationis dictum, cum duplice supremi  
Magistratus explicatione tam in formulam  
ipsam, quam in Sacramentum, secundum  
quas explicationes quicunque ad SS. Min-  
isterii vel Scholarum munus adspirant, NU-  
DE ET SIMPLICITER formulæ subscriben-  
& Sacramentum dicere teneatur: For-  
mula &c. Verum hoc quoque pre-  
cepto nec unitas conciliata, nec sub-  
jectio est procurata; quidam enim do-  
ctrinam in hac formula contentam ad-  
optabant, quamvis eidem subscribere  
constanter renuerent: Alii vero nec  
doctrinæ accesserunt, nec subscripsere;  
hujus autem pertinaciæ caussam Hot-  
tingerus in Pietismum latius grassan-  
tem refundit, quorum potissimi caussa-  
bantur, hac formula, ejusque sub-  
scri-

scriptione concordiam inter Lutherans & Calvinistas adeo non promoveri, Sæc. XVIII. A. C. 1725.  
ut etiam difficilior redderetur. Ea-  
propter Lutherani præcipue Amstelo-  
damenses, Helmstadienses, Hambur-  
genses & Rostochienses editis scriptis  
oppido amarulentis hanc formulam  
fæde prosciderunt, & nequidem cum  
illis Prædicantibus Calvinistis, qui pa-  
riter hanc formulam repudiarunt, ami-  
citiam inire voluerunt, omnino postu-  
lantes, ut si hi cum Lutheranis unio-  
nem facere vellent, non modo formu-  
lam, sed etiam Dordracensis Concilia-  
buli Canones a sua Ecclesia elimina-  
rent. Ita nempe meditata inter Secta-  
rios unio semper extitit fomes majoris  
dissensionis & nequidem inter eos ejus-  
modi unitas extorqueri potuit, quæ  
in sinu suo membra fovet & pro fratri-  
bus agnoscere vult etiam illos, qui a  
professione fidei suæ in pluribus arti-  
culis disident, & duntaxat in hoc con-  
spirant, quod Papam pro Antichristo,  
& Ecclesiam Catholicam pro meretrice  
Babylonica habeant. Elegans pro-  
fecto Ecclesiæ ac Doctrinæ unitas!  
Magis adhuc ridiculum est, quod illi,  
qui Lutheranos ad concordiam frater-  
nam, nescio quibus mediis adstringere  
nitezantur, Catholicos odio plusquam  
vatiniano semper infectati sint, eisque  
sua

**Sæc. XVIII.** sua jura & possessio*n*es, qua via pos.  
**A.C. 1725.** sent, eripere tentarint. Luculentum  


---

 hujus malevolentiae paradigma suppe-  
 ditat Araviensis Conventus; ibidem  
 enim anno hujus saeculi duodecimo,  
 & postea in Coaventu Badensi utrin-  
 que conventum erat, ut cuncta in nu-  
 pero bello Catholicis & Abbatii San-  
 Gallensi erepta elapso decennio resti-  
 tuerentur; nihilominus tamen Calvi-  
 nistæ haec bona non modo ulterius  
 usurparunt. sed etiam hoc anno in Con-  
 ventu Araviensi decrevere, ut quicun-  
 que ditiones & urbes nupero bello e-  
 reptas Catholicis restitui peteret, aut  
 de eorum restitutio*n*e mentionem ia-  
 gereret, ceu publicæ pacis, ac tran-  
 quillitatis perturbator plecteretur. Ce-  
 terum tantum seruebat Lutheranos inter  
 & Calvinistas odium, tantaque in do-  
 ctrina dissensio, ut Fridericus Borussiae  
 Rex severe inhiberet, ne quis suorum  
 subditorum Wittenbergæ studiis ope-  
 ram navaret.

### §. XXXI.

*Cornelius Barchmanus a Canonicis  
 in Ultrajectensem Archiepisco-  
 pum electus.*

Binner Ap-  
 parat. t. 10,  
 pag. 529,  
 Vid. supra  
 t. 71, p. 769,

Quamvis Benedictus XIII. Pontifex  
 Cornelii Steenhovii electionem

irri-